

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani
p̃posita est epi || stola ... || ...**

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De aris

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

Amphitruo. Aut stataria hoc est q̄ res continet quietiores, ut C
steilaria, Heautontimorumenos. Aut mixta q̄ ex utroq; actu consi
stit, ut Andria, Eunuchus. Adelphi. Hecyra. & Phormio.

DE APPELLATIONE.

Ceterū Comœdia, aut ab alicui⁹ nomīe personæ appellationē
sumit, ut Phormio. Aut a loco, ut Andria. Aut a facto, ut Asinaria,
Eunuch⁹. Aut ab euetu, ut Heautontimonumenos & Cōmorientes

Tria sunt Comœdiæ membra, Diuerbiū, Canticū, Chorus.
Diuerbia sunt partes Comœdiarū, in quib⁹ diuersorū personæ uer
santur. Personæ aut Diuerbioḡ aut duæ aut tres, aut raro quatu
or esse debent. ultra augere numerū nō licet. In Canticis unā tantū
esse oportet personā, aut si duæ fuerint, ita debent esse, ut ex oc
culto una audiat, nec loquat, sed secū (si opus fuerit) uerba faciat
& hoc Monodium appellat. In Choris uero numer⁹ personæ dif
finitus nō est. quippe, quod iunctim om̄es loqui debent, quasi uo
ce confusa, & concentū in unā personā reformantes. Sciendum la
tinas Comœdias Chorū nō habere, sed duobus tū membris con
stant Diuerbio. s. & Canticō. Non est hoc p̄tereundū, q̄ prim⁹ (au
tore Aristotele) qui personas in scenam produxerit, plogos con
finxerit, & per histriones fabulas representauerit ignoratur. Ceterū
fabulas prim⁹ cōfinxit Epicharmus & Phormis, nam ex Sicilia in
Graciam ait aduectas apud Athenienses. Porro, Crates prim⁹ Iam
bici specie orōnes ac fabulas scripsit.

DE PARTIBVS.

Dionysi⁹, & Crates cognomēto Mallotes pdiderūt, Comœdiæ
partes quatuor esse. Prologū, Chorimelos, Episodiū & Exhodiū
Prolog⁹ ad ingressum usq; Chori est. At q̄ cū ingressu Chori locutio
Chorimelos appellat. Episodiū porro est melos iter cant⁹, & Cho
rorū binorū locutiōes. Exhodiō est ad Chori finem locutio.

DE LVDIS SCOENICIS EX DONATO.

Ludi sunt Ceremoniæ ab Aedilibus Curulibus munere publico
instituta, in quibus ut plurimū Comœdiæ recitabantur. quorum
quatuor maxime genera celebrantur. Megalenses magnis diis con
secrati. Funebres ad retinendum populum instituti, dum pompa
funeri decreta in honorem patricii uiri plene instruitur. Plebei p̄
salute plebis instituti sunt. Appollinares Apollini consecrati.

DE ARIS.

A V

¶ Ara duæ erant in scæna diis dedicatæ, dextra. s. & sinistra, dex-
tra Libero patri, sinistra illi deo, in cuius laudem ludi fiebant.

DE SCAENICO HABITU.

¶ Scenicus habitus est indumenti genus quo utebantur Scenici, ut al-
ter ab altero dignoscere, Primus. n. Vlysses in scænâ palliatum indu-
cere solebat, uel quod aliquando infantiâ simularit, uel ob singulare sapien-
tiâ, seu quod Ithace, sicut Locri incolæ palliati fuerunt. Achillis siue
Neoptolemi personæ diademate coronatæ prædibant, quâuis rega-
lia sceptrâ nunquam tenuerint. Comicis senibus candidum uestimentum da-
bat. Adolescentulis discolor attribuit, ut sui ingenii mobilitatem se
se ferret. Serui amictu exiguo prægunt, paupertatis antiquæ gratia, uel
quo expeditiores agerent. Parasiti cum intortis palliis ob collum ueniunt
læto candidus, ætenuoso obsoletus, purpureus diuiti, pauperi phœni-
ceus uestitus dabat. Militi chlamys purpurea. Puellæ habitus peregri-
nus iudicis. Leno pallio uarii coloris utitur. Meretrici ob auaritiâ
luteum datur. Luctuosæ personæ sormatis incedebat, ob scenicam
luxuriâ, sed de uestium ornatu plura Pollux. Aulæ in scæna humili-
sternebantur, quod pictus ornatus erat ex Attalica regia, Romam usque per-
latus, per quibus Siparia atas posterior accepit. Sciendum etiam Thespim
primum Tragicæ poemata plaustris uexisse, hominibus ora focibus per-
unctis. Sed Roscius Gallus præcipue histrio primus parasitos deduxit in
scænâ. Aeschylus uero personæ, palla, cothurni & focci repertor ha-
bitus est.

DE CANTICIS.

¶ Cantica sunt harmoniæ quæ non a poeta sed a musicæ artis peri-
to temperabatur, non iisdem, sed sæpe mutatis modis, ut signi-
ficant quæ tres numeros in Comædiis ponunt. Nomen autem in principio
fabulæ, & scriptoris, & actoris carminibus ad tibias factis pronun-
ciabant, ut disceret ante populum quæ fabulâ acturi Scenici essent.
Cantica in Comædiis tripliciter agebantur, tibiis. s. paribus uel im-
paribus, dextris aut sinistris, uel utrisque. Pares uel impares tibiæ in
usu erant, quod si quando monodio agebant, unam tibiam infla-
bant, si quando synodio utraq; dextræ uel sinistræ, aut Seranæ tibi-
æ in usu erant. nam dextræ sua grauitate feriem conditionemque
pronunciabant. Sinistræ autem & Seranæ acuminis leuitate io-

cum in eo co-
locos, & gra-

¶ Scæna est
us in umbra
us decantab
est quæ sub
picturæ faci
illac specien
in scæna er
cones, tibi
symphonia

¶ Comædi
gatus neq;
to choro, in
sed ne loco
Comædia
ro qui se int
pluribus ad
partis in fab
nita probat
uatus non
suum cantu

¶ In quina
Prothetisim,
fabulæ narra
quædam est fab
lum, uel ex p
Differt autem
exculatur, aut